



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eadem re. cxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

quenter per hanc indecentē occasionem contingit, vt diabolus qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruinis seruorū Dei insultet. Si quis verò clericus post interdictum episcopi sui his imhære præsumpserit, à communione habeatur alienus.

*De eadem re. Cap. CXVI.*

**I**nhibendū & modis omnibus interminandū est, vt nullus sacerdos eas personas fœminarum, sicut & in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat, sed neq; illas quas canones concedunt, matrem, amitam, sororem: quia instigante diabolo, etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam impedisse quasillarum. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessitas sustentatio presbyteri, habeat in vico aut in villa domū longè à presbyteri cōuersatione, & ibi eis subministret quæ necessaria sunt. Sed hoc secundum autoritatem canonum modis omnibus prohibendum, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare aut sedere.

*Ex cõcil.  
Hanne-  
tensi,  
cap. 10.*

*De incontinentibus. Cap. CXVII.*

**D**e presbyteris & diaconibus diuinarum legum est disciplina, vt inter incontinentes in officiis talibus positi, omni honore ecclesiastico priuentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri.

*Ex cano.  
apostolo.  
cap. 22.*

*De ordinatis quod cum mulieribus coire nõ debeant.*

*Cap. CXVIII.*

**P**reterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omnino debet, vt sacerdotes & Leuitæ, cum mulieribus non coeant: quia ministerij quotidianis necessitatibus occupantur. Scriptum est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester.

*Ex eodẽ.*

*De ordinatis si vsuras exercuerint.*

*Caput CXIX.*

**E**piscopus, presbyter, aut diaconus vsuras à debitori- bus exigens, aut desinat, aut certè damnetur.

*Ex eodẽ.*